



Leodii, 3 dec. 1938.

Excme. ac Revme. Domine:

Litteras Excellentiae Tuae diei 23 Nov. recepimus,
rescribereque possumus:

Sacerdos Paschalis Defosse~~x~~ certe possidet conditiones ad institutionem: est Philosophiae Doctor Lovanensis, S. Theologiae Licent. et Juris Canonici Bachala. in alma Universitate Gregoriana. Iam per quatuor annos docet in Seminario Minori Nostrae diocesis, ut professor secundae classis (poesis) in humanioribus.

Rector illius Semnarii a quo informationem sumpsimus circa virtutes sacerdotales dicti Defosse~~x~~ nobis respondet se nihil animadvertisse contra; in quantum scire potuit exercitia pietatis implevit. Ad mores quod attinet nihil contra ipsum reperit.

Si itaque Excellentia Vestra ipsum in dioecesi pro tempore determinato admittere velit, ipsi licentiam discedendiamus et postea de incarnatione tractare poterimus.

Sum

Excellentiae Tuae Reverendissimae

devotus famulus

G. Simenon, Vic. Gen.